

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

X. Gratianus sequitur eandem sententiam. Iure Decretalium, privatorum
habita est ratio major quàm olim; quibus dispensationes dantur, si
juventur aliquo merito, quod usui Ecclesiæ esse possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

non poterat. quod illi à Pontifice indultum est. Vnde colligimus, subditorum contumaciam frequentibus dispensationibus viam aperuisse. ne quis cum Novatoribus ad Curiam Romanam hujus remissionis omnem culpam revocet. Tantus enim erat in Ecclesia canonum contemptus, ut à vindicta sàpissime ob multitudinem reorum abstinendum esset, & dispensatione tanto morbo providendum. Itaque latius esse duixerunt Pontifices, probabili quadam ratione inducti, canonibus aliquos solvere, ut infractarum legum reatus vitaretur, quàm post vulnus remedium parare. Verba autem Anselmi hæc sunt: *Sæpe necesse est aliquid de apostolicis & canonicis statuis pro compensationibus relaxare, & maximè in regno, in quo fœrè omnia sic corrupta & perversa sunt, ut vix ibi aliquid omnino secundum statuta ecclesiastica fieri possit.*

VIII. Goffridus Vindocinensis eadem etate Calixto secundo insinuat quis modus sequendus sit in dispensationibus, que tunc in anteceduum concedebantur. *Dispensationes, inquit, aliquando in Ecclesia facienda sunt, non quidem amore pecuniae, vel quolibet humano favore, sed pia & misericordi intentione.* Tunc enim à pastore Ecclesiæ dispensatio piè & misericorditer fieri dicitur, cum aliquid minus perfectè ad tempus sit ab illo, vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate, ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Et mox: *Possunt etiam & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum & monasteriorum consuetudines immutentur; sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instituatur.* Infrā: *Si quis verò aliter in Ecclesia dispensationes facit, rationi simul & veritati contradicunt; nec solum lucernam ardenter non habet, verùm etiam aliorum ardentes exstinguit.* Et ideo non retellere dicitur Christi Vicarius; sed dux est cæcum, ipse cæcus.

X. Nota est Bernardi de dispensationibus sententia, quam Eugenio sequendam proposuit: *Quid, inquis, probibes dispensare? Non, sed dissipare. Non sum tam rufus ut ignorarem postos vos dispensatores; sed in edificationem, non in destructionem. Deinde queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Vbi necessitas urget, excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas provocat, dispensatio landabilis est. utilitas, dico, communis, non propria. Nam cunctis horum est; non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

X. Gratianus variis in locis, ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, dispensationi esse locum docuit; ita ut illi cum ceteris conveniat. A qua regula jure Decretalium recessum non est; quamvis privatorum ma-

jor sit habita ratio, quàm haberetur antiquis canonibus. Etenim scientia, morum honestas, bona fama, meritorum prærogativa, nobilitas petentis, censentur justæ causæ dispensandi; ut probari potest ex variis locis Decretalium. quod deinde placuit Concilio Tridentino. Itaque venia canonum, quæ olim ob publicam tantum causam privatis post violatos canones concedebatur, indulgeri coepit ante omnem actum, propter privatum perentium commodum, si meritis aliunde juvarentur, & eorum opera bono publico inservire posset. Vnde profecta est dispensationum frequentia, in votis, in beneficiis, irregularitatibus, & matrimonii; quæ gravissimorum virorum querelas provocarunt. Ut enim de B. Bernardo taceam; Hildebertus Cenomanensis, Ioannes Sarisberiensis, Matthæus Paris, Guillelmus Durandus, Nicolaus de Clemangiis, Ioannes Gerson, multis hac de re conquisti sunt.

Cap. Investitur. de electo c. De mulier. de Præbendis.

*Trid. feff. 14. c. 51
feff. 21. c. 18.*

C A P V T X V.

Synopsis.

I. *Discutitur quæstio, an dispensatio sine causa sit licita & valida. Inferioris, est illicita & invalida. Summi Pontificis, quidam licitam esse ait; alij autem illicitam, quia non est dominus legum.*

II. *Illicita autem dispensatio, à plerisque valida dicitur; ab aliis invalida. quorum rationes proponuntur.*

III. *Distinctio auctoris, in iis que singulos respiciunt, dispensationem sine causa, absque crimen concedi & suscipi; in iis que iura tertiæ aut statum publicum ledunt, nec licitam esse nec validam. Prima pars probatur, ex consuetudine recepta ab aliquo seculari; que induceret potius ut per dispensationes legi derogetur, quemadmodum omnino potest legem abrogare. Maxima vis consuetudinis in dispensationibus, unde dispensatio significatur nomine consuetudinis. Dispensationes in gravissimis rebus quotidie conceduntur sine causa, contra canones Conciliorum generalium; quia recepta sunt usu: quedam autem in minoribus negotiis vix recipiuntur, ob usum contrarium. Probatur facultas concedende dispensationis sine causa ex Concilio Lugdunensi, quod explicatur.*

IV. *Si mores recepti in regno ledantur, invalida dispensatio, quia sine causa legitima, & quia in iis casibus dispensationis uetus non receptus. Dispensationes mendicantibus concessæ ad beneficia possidenda rejicitur.*

V. *Caritas leditur novitate. Quare abstinentiam hoc causa dispensatione, que precipit ob concordiam inducit, est. Ex dispensationibus intemperiosis dissidios oruntur, è Maximo Abate.*

VI. *Inquiritur in omnia re scripta, non eo propenso ut limites ponantur pontificis potestati. Omnia privilegia sedis Romana non erant cognita Gallis tempore Fulberti. Tenerè agendum cum Romanis.*

VII. *Cavent Romani Pontifices ne re scriptis suis*

*Julianus Secularis
apud lumen in
Nov. 18. p. 100.
Nop. 7. p. 10.*

*Collegio Verdote,
in Opere. c. 50.*

*Bernardus I. de
Cassini.*

*Graec. c. 1. q. 7. &
c. 7. q. 2. et c. 1.
q. 1. c. 2. et c. 3.
q. 1. de lege. c. 1.
concess. f. 5.
pro. de cred. in 6.*